



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Locorum Communium Religionis Christianæ Partitiones

Arnoldus <Vesaliensis>

Coloniae, 1565

VD16 H 312

Caput 23. Quid est Fides?

urn:nbn:de:hbz:466:1-30256

est, &c. Per communicationem idiomatum, respiciendo scilicet ad personam unitatem. Et hactenus quidem de verbi incarnatione.

Caput 23.

Quid est Fides?

Occasione dictorum de plenitudine gratiae Christi, inquirendum est de fide, spe, & charitate.

De quarum prima aduertendum, quod sit virtus, qua creduntur, quae non videntur.

Quae quidem capta vel pro credibili, vel habitu informi, non est virtus, sed dum est habitus charitate informatus, quomodo est in solis iustis. *Aug. in Psal. 77.*

Cum etiam aliud sit, credere Deum, & credere Deo, ac credere in Deum: primis duobus modis, etiam peccatoribus, imo & demonibus credere competit, & est nihilominus donum Dei. Tertio autem modo non competit, nisi fidem formatam habentibus. *Iohan. 2.* Hoc enim modo credere, est per opera bona in Deum ire.

An autem fides informis charitate superueniente, maneat & formetur: an vero ea depulsa alia succedat, ambigi potest: prius tamen magis dicendum videtur.

Est

LOCORVM COMMVNIVM

Ephe. 4.

Est autem vna tantum cōfistenda fides, siue pro credibili fides capiatur, siue pro habitu. Hic enim est in vno idem numero. in diuersis autem saltem idem specie.

Hebr. 11.

Quamuis autem quæ credimus, apertè non videmus, credere tamen nos per intellectū cognoscimus. Est enim fides (secundum Apostolum) de sperandis & non apparentibus.

Quæ etiam fides convenientiam quandam habet cum spe, multum tamen ab ea differt. Vnde & definitio si dei, spei propriè non conuenit.

Caput 24.

Quod'nam est fidei obiectum?

Ioan. 14.

Lib. 2.

*quæ. euan.
cap. 19.*

1. Pet. 4.

Fides etsi iuxta prædicta, propriè non sit, nisi de ijs quæ nō videntur: ea tamen largius sumpta, quandoq; etiā credere dicimur, quæ videmus, quo modo Christus ait: Ut cum factum fuerit, credatis. Verum hīc agitur de fide propriè dicta. Quod autem August. dicit fidem esse de rebus præsentibus: accipit ipse fidē pro mercede fidei in patria accipienda.

Hinc Petrus fidem passionis Christi habuit, non quia hominem mori vidit, sed quod hunc Deum esse credit: sic nec nobis per hoc fides meretur,

tur, quæ
fixum
dimus

Quæ
nitis vi
dita (sec
tellectu
quod ta
sunt, ni
quæ nisi
tur, ver
go quod

Quæ

A
ria: nec
se, & in
nem for
bere op
culorum
dentium
uisse pr

Quæ
minibu
lus sine
rat: qua
mus, ip
Veru